



TRE LATINSKA FABLER

Ruben Wive 2006

FABULA DE DUOBUS EQUIS

Agricola duos equos habebat. Nomina¹ equorum erant Regulus et Postumus.

Duo equi in agro laborabant et agricolam iuvabant².

Olim agricola portam non clausit³.

Itaque Regulus ex agro ad ripam currebat⁴.

Erat glacies⁵ in rivo. Regulus in glacie⁶ ambulabat.

Subito erat fractura⁷ in glacie et Regulus in aquam frigidam cecidit⁸. Perterritus⁹ erat.

Agricola Regulum in aqua videbat et magna voce¹⁰ clamabat, ”veni, veni, Regule, ex aqua!”.

Sed equus ex aqua venire non poterat¹¹.

”Quid faciam?¹²”, rogabat agricola. ”Meus Regulus perit¹³”.

Tunc agricola consilium cepit¹⁴.

Alterum¹⁵ equum Postumum ad ripam statim¹⁶ duxit¹⁷.

Cum Regulus videbat bonum amicum Postumum, erat laetus.

Itaque ex aqua venire poterat. Hoc modo¹⁸ equus salvus erat.

¹ nomina = namn

² iuvo 1 = hjälpa

³ clausit = stängde

⁴ currebat = sprang

⁵ glacies = is

⁶ in glacie = på isen

⁷ fractura = spricka

⁸ cecidit = föll

⁹ perterritus = uppskrämd

¹⁰ magna voce = med hög röst

¹¹ non poterat = kunde inte

¹² Quid faciam? = Vad ska jag göra?

¹³ perit = dör

¹⁴ consilium cepit = kom på en idé

¹⁵ alterum = den andra

¹⁶ statim = genast

¹⁷ duxit = förde

¹⁸ modus, -i = sätt

GALLINA¹⁹ ET PAVONES²⁰

Olim gallina stulta et superba pennas pavonum²¹ in terra invenit.

His pennis se adornavit²² et dixit²³: ”nunc pulchra sum!

Certe²⁴ nunc pavones me pulchram putant!”

Deinde gallina suum genus contempsit²⁵ et se iunxit²⁶ ad pulchras pavones.

Pavones autem pennas gallinae eripiunt²⁷ et hanc rostris²⁸ fugant his verbis:

”Gallina eras et es et semper eris²⁹!”

Misera gallina ad gallinas redire temptavit³⁰ sed etiam hae hanc fugant.

Una gallinarum dixit: ”natura nobis locum³¹ dedit.

Tu autem tuo loco non contenta³² fuisti.

Pennae pavonem non faciunt³³.”

¹⁹ gallina = höna

²⁰ pavones = påfåglar

²¹ pennas pavonum = påfågelsfjädrar

²² se adornavit = prydde sig

²³ dixit = sade

²⁴ certe = säkert

²⁵ suum genus contempsit = föraktade sitt släkte

²⁶ se iunxit = anslöt sig

²⁷ eripiunt = rycka bort

²⁸ rostra (n.pl.) näbb

²⁹ eris = du skall vara

³⁰ redire temptavit = försökte att återvända

³¹ locus, -i = plats

³² Contentus, -a, -um (+ abl.) = nöjd

³³ faciunt = gör

DUO MULI³⁴

Olim duo muli iter faciebant³⁵.

Primus mulus multam pecuniam³⁶ portabat.

Erat superbus, quod dominus ei³⁷ pecuniam dederat.

Itaque caput³⁸ altum tenebat.

Secundus mulus multum frumentum³⁹ portabat.

Demittebat⁴⁰ caput et tarde⁴¹ ambulavit.

”Cupio⁴² portare pecuniam, non frumentum”, dixit.

”Cur dominus pecuniam mihi non dedit? Sum miser.”

Ubi muli ad flumen⁴³ veniebant, duo viri ad hos cucurrerunt⁴⁴.

Primum mulum gladio⁴⁵ necaverunt⁴⁶ et pecuniam ceperunt⁴⁷,

sed secundum mulum non necaverunt.

”Iam laetus sum”, dixit secundus mulus.

Et⁴⁸ meum frumentum et meam vitam habeo.

Paupertas est tutior quam opes⁴⁹.

³⁴ mulus, -i = mula

³⁵ iter faciebat = travade fram

³⁶ pecunia, -ae = pengar

³⁷ ei = åt honom

³⁸ caput = huvud

³⁹ frumentum, -i = spannmål

⁴⁰ demittebat = sänkte

⁴¹ tarde = långsamt

⁴² cupio = jag vill

⁴³ flumen = flod

⁴⁴ cucurrerunt = sprang

⁴⁵ gladium- i = svärd

⁴⁶ neco 1 = döda

⁴⁷ ceperunt = tog

⁴⁸ et ... et = både ... och

⁴⁹ Fattigdom är säkrare än förmögenhet.